



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Diuitiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

ditari est multis partibus præ aliis locupletatum esse. Contrarium est *Rasch*, pauper inops. 2. *Rebysch* à verbo *Raschach*, comparauit diuitias, comparauit seu collegit opes. Cognationem habet cum *Raghsch*, conuenit cum impetu seu tumultu : nam facultates seu opes congeruntur cum magno dolore & tumultu.

¶ LOCI BIBLICI.

Diuitiæ hominum in manu Dei, *Genes* 31. 9. *Proverb* 22. 2. Diuitiæ spirituales, *Rom* 8. 23. 1. *Cor* 1. 5. 2. *Cor* 6. 10. *Ephes* 1. 7. 18. *Coloss* 1. 2. 7. *Timoth* 6. 8. *Jacob* 2. 2. 5. Diuitiæ fidelium, 1. *Timoth* 6. 5. 6. Diuitiæ impiorum inutiles, *Iob* 2. 10. 15. *Prou* 10. 2. *Eph* 1. 7. 4. *Eph* 15. 16. *Eph* 17. 16. *Ezech* 7. 19. *Mich* 6. 10. aliò transferuntur, *Iob* 27. 16. malæ sunt, *Amos* 3. 20. & possessoribus noxiæ, *Soph* 1. 18. Diuitiarum spes fallax, *Psal* 49. 7. 8. 18. *Eph* 5. 2. 9. *Eph* 62. 11. 76. 6. *Ezech* 7. 10. 1. *Tim* 6. 17. Diuitiis non fidendum, *Iob* 31. 25. Diuitiis & Deo simul seruire nemo potest, *Matth* 6. 24.

Diuitiæ pro immensa copia, abundantia, aut magnitudine, *Rom* 2. 4. *Eph* 9. 23. *Eph* 11. 33. 1. *Cor* 1. 5. pro cognitione Euangelii in vitam æternam, *Rom* 11. 12.

Diues non in Deo, id est, qui non apud Deum, vel Dei respectu est diues, *Luc* 12. 21. vbi iubetur thesaurizare, *Matth* 6. 19. 10. in cælis, ac proinde ab vnica Dei prouidentia pendere, quæ depre. 1. *Timoth* 6. 17. 18. Diues non honorandus ob rerum caducarum opulentiam, *Iac* 2. 2. 2. 3. Diuitis luxuriantis història, *Luc* 16. 19. Diuitis persona non consideranda, *Leuit* 19. 15. Diuitis & pauperis collatio, *Prou* 28. 6. eorum discrimen, 18. 23. Diuites quomodo se gerere debeant, *Jacob* 1. 10. Diuites variis tentationibus obnoxii, 1. *Timoth* 6. 9. difficulter seruabuntur, *Matth* 19. 23. 24. *Marc* 10. 24. 25. *Luc* 18. 24. 25. Diuites à regno Dei non excludendi, 1. *Cor* 1. 2. 6. 1. *Timoth* 2. 2. 1. 2. 3. 4. *Eph* 6. 17. Diuites huius mundi infelices ac vani, *Iob* 27. 16. 19. *Psal* 49. 7. 11. 8. *Eccles* 5. 2. 9. 10. *Luc* 6. 24. *Iac* 1. 10. 31. Diuites mali reprehendendi, *Matth* 9. 12. Diuitibus in hoc seculo : hoc est rerum ad hanc vitam pertinentium, 1. *Tim* 6. 17. Diuitum crudelitas, *Iac* 2. 8. 5. Diuitibus cauendum maxime ne Dei obliuiscantur, *Deut* 16. 17. 18. *Proverb* 3. 3. Diues & pauper obuiant sibi inuicem, 22. 2. Diuitiis non fidendum, *Iob* 31. 25. Diuitiis & Deo nemo seruire potest, *Matth* 6. 24.

¶ SENTENTIAE BIBLICÆ.

Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eius afflictio. *Prou* 19.

Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. 26.

Noli laborare vt dixeris, sed prudentiæ tuæ pone modum. 23.

Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere : quia facient tibi pennas, quasi aquilæ, & volabunt in cælum. *Ibid*.

Bona est substantia, quæ non est peccatum in conscientia. *Eccles* 5. 13.

Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. *Psal* 62.

Iustus comedit, & replet animam suam: venter autem impiorum insatiabilis. *Prou* 13.

Corona sapientum diuitiæ eorum : facultas stultorum imprudentia. 14.

Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, quo laborauit sub sole. *Ibid*.

Et omni homini dedit Deus diuitias atque substantiam, potestatemque tribuit, vt comedat ex eis, vt fruatur parte sua, & lætetur de labore suo, hoc est donum Dei. *Ibid*.

Memento paupertatis tempore abundantie, & necessitatem paupertatis in die diuitiarum. A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. *Eccles* 18.

Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. 31.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua, diues autem in humilitate sua. *Iac* 1.

Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. *Prou* 3.

Mendacitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciter ad negandum, & dicam : quis est Dominus ? Aut egestate compulsus fureri, & petierim nomen Dei mei. 30.

Nonne melius est comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bonâ de laboribus suis ? Et hoc de manu Dei est. *Eccles* 2.

Omnis enim homo, qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. 3.

Fili, si habes, bene fac tecum, & Deo dignas oblationes offer. *Eccles* 14.

Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos : & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. *Luc* 14.

Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis ? 16.

Nihil proderunt thesauri impietatis. *Prou* 10.

Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud Dominum. 20.

Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne sufficiens tempus. Nihil enim proderit in temporibus ductionis. *Ecc* 1.

Multos perdidit aurum & argentum. 8.

Nihil est iniquius, quam amare pecuniam : hæc enim suam venalem habet. 10.

Non inueni t inaudulentus lucrum. *Prou* 11.

Hære diras ad quam festinat in principio in meditatione carebit. 20.

Qui coaceruat diuitias vsuris, & fenore liberat, congregat eas. 28.

Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo coram cæcis possidebunt bona eius. *Ibid*.

Ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mors dolosa ? In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudum. *Mich* 6.

Diuitiarum certantia quid contulit nobis ? Sap. 5.

Omnia transierunt sicut umbra, & tanquam manens, & tanquam nauis, quæ pertranlit fluctuantem cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque quæ illius in fluctibus. *Ibid*.

Insatiabilis oculus cupidi in tempore iniquitatis. *Eccles* 14.

Vbi sunt, qui thesaurizant argentum & aurum in homines ? *Bar* 3.

Ad inferos descenderunt, & alii loco eorum exierunt. *Ibid*.

Argentum eorum foris projicietur, & aurum eorum linium erit. *Ezech* 7.

Desiderabile argentum vtricum hæreditabit : opprobrius eorum. *Osee* 9.

Ece compli manus meas super auaritiam ream. *Ezech* 22.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra : vbi sunt, & furantur, vbi ærugo, & tinea demolitur. *Matth* 6.

Srulte hac nocte animam tuam reperiens tibi : qui est tui cuius erunt ? *Luc* 12.

Cauete & videte ab omni auaritia : quia non iniquum iusquam vita eius est, ex his quæ possidet. 12.

Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudenciam in munditie omnis auaritiam. *Ephes* 5.

Diuitibus huius seculi præcipe non sublimet se in incerto diuitiarum, sed in Deo vivo. 1. *Tim* 6.

Sint mores sine auaritia, contenti presentibus. *Coloss* 3.

Ipse enim dixit, non te deseram, neque derelinquam. *Ibid*.

¶ Diuitiarum spirituales quas dicitur.

Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auro. *Psal* 118.

Diuitiæ salutis sapientia, & scientia : timor Domini thesaurus eius. *Eccles* 33.

Thesaurizate autem vobis thesauros in cæcis. *Matth* 6.

Diuitibus huius seculi præcipe diuites fieri in bono. 1. *Timoth* 6.

¶ Virtutes.

Redemptio animæ viri diuitiæ suæ. *Prou* 13.

Facite vobis sacculos, qui non veterescunt, thesaurizentem in cælis, quò sur non accedit, neque tinea corrumpit. 12.

In omnibus diuites facti estis in illo in omni terra scientia. 1. *Cor* 1.

Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi propter vos egenus factus est, cum esset diues, & vniuersas diuites effecit. 2. *Cor* 8.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Diuitiæ seculares si defunt, non per mala opera mundo : si autem iustitiam, per bona opera feruntur. *Augustinus*.

Mundum virilem & Christianum, nec debent, si accedunt, debent frangere, si recedant. *Augustinus*, *epist* 145.

Verè sunt illæ diuitiæ, quas cum habuerimus, non sumus in *Matth*.

Aurum est materia laborum, periculum possessionis, virtutum inimicus, malus dominus, proditor seruis. *Augustinus*.

Quid prodest arca plena bonis, si inanis sit conscientia, & tu bonus esse non vis. Erubescere debet dominus, quomodo plena bonis te malum habet dominum. *Augustinus*.

Quod habet, si Deum qui omnia dedit non habet. *Augustinus*.

Pauper est qui vult esse diues. *Sermon* 11. *serm* 11.

Moribus diuitiarum, est superbia, non granditudo inter diuitias isto morbo non tenetur, imò se auaritas suas vincens contemendo. Magnus est ergo diues.

tur, aliud velit nolit moriens retinet, nisi ante mortem deponat.

Sudar pauper foris in opere, sed nunquid anxie diues intus in sua cogitatione laborat? Aperit ille os suum in oratione, aperit ille in ructatione, & interdum grauius ille fastidio, quam ille inedia cruciatur.

Diuitiarum sequela est luxuria, ira intemperans, furor iniustus, arrogantia superba, omnisque irrationabilis motus.

Si possibile esset in diuites vindicta procedere, videres ex eis repleri carceres vniuersos. Sed cum omnibus malis suis hoc malum habent diuitiæ, quod in malignitate peccantes ab vltionibus erunt.

Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, &c. Hunc versiculum si faperent, qui in potentia & diuitiis versantur, in parietibus omnibus, & in vitiis suis scriberent, in foro, in domo, in ianuis & in ingressibus, & ante omnia in conscientis suis, vt femper tunc oculis cererent, & corde sentirent.

Omnia bona mundi triplex interitus tollit, aut ex seipsis veterascunt, aut luxu dominorum suorum consumuntur, aut ab extraneis dolo, vel violentia, vel calumnia diripiuntur.

Omne terrenum vel æruginè consumitur, vt aurum & argentum; vel putredine & veribus, vt vltis; & quod ab his immune est, à furibus tollitur, vt lapides pretiosi. In his ergo omne genus auaritiæ reprehenditur.

Magnæ diuinitatis fuit apud seculum, sed maioris meriti apud Deum: quia non erat diues diuitiarum amore, sed tantummodo possessione, ideo diuites non excluduntur à discipulatu Saluatoris. Iste enim diues erat, & discipulus: quia non pecuniam amator, sed distributor.

Non reprehenditur diues, quod terram coluerit, vel fructus in horrea congregauerit, sed quod fiduciam vitæ in illis posuerit, nec pauperibus erogauerit, vt ab eis reciperetur in æternis tabernaculis.

Familiares res est humanum coropibus ac libertate dissolui, ærummis vero ac paupertate ad semetipsum recolligi.

In diuitiis sunt in diuitiarum amplitudine, in paupertatis angustis, illæ eleuant ad superbiam, hæ incitant ad querelam. Tractat sanitas, renat infirmitas, & illa materia est negligentia, & hæ causa tristitiæ, laqueus est in securitate, laqueus in timore, nec interest, vt trum animus, qui terrene tenetur affectu, gaudiis occupetur, an curis, cum par morbus sit, vel sub vana delictatione langueret, vel sub anxia solitudine laboraret.

Auri cultus, seruatur argenti, securitatem non habet, nec quietem, & cui deest securitas, quies perit. Poena diues est ille, non censuræ.

Aurum erogare bonum est; reponere, malum: contemnere, vtilidum: fugere, periculum: quod sicut vincere virtutis est, ita felicitatis euasisse.

POETICÆ SENTENTIÆ.

Iacob. Bill. Anthol. Sacr.

Verum diuitiarum fructum in misericordia erga pauperes situm esse.

Tum furis horribile per diu tigrisq, leoq, Cum cauea inclusis arctis repente tenet. Sic etiam vniuersum furit aurum immanis, arca Quam cum illud Dominus claudere parcat amat. Quid facies igitur, ne te fera rumbner ista. Qua quo plus clausa est, plus feris aris habet? Solue seruas, pascens quos aspera vexat egestas, Præsums: huc misis redditur arte fera.

In nimium diuitiarum ambrem.

Nil præter lachrymas, veniens ad limina visæ, Afferit, nil offert, cum tumulatur homo. Quis pedes furor ergo tuum percellit auare, Et lingua tibi sic bona lenis ames? Hæc fuge, qui seruans ab eis seruabere nunquam. Serpentemq, sinu parce fouere tuo. Perfidus hinc ianiam procul pellatur amicus, Qui fugiente fugis, profferat e suos.

In celo thesaurizandum, non in terra.

Quis super e hunc dicat, Ceteris qui condit in imo Mura, nec superis collocat illa lach? Non minus insani, sua qui non condit Olympo, Sed credit terre, quas male seruat, opes. Vt ne igitur tua non pereant, non pabula blattis Suppedient, furis non metuuntq, manus? Pauperibus ser opem, pron, p usq, alimens a ministris, Conseruabis opes, hanc ratione tuas.

Ibidem.

Chilon percontatus, quid essent diuitiæ? respondit. Thefaurus malorum; calamitatis vitium, improbitatis suppeditatio. *Anon. serm. de Diuit.*

Anaxagoras Lyricus cum auri talentum à Polycrate accepisset, paulo post ei restituit, dicens, Odi munus quodcunque vigilare cogit. *Stob. serm. 91.*

Bion dicebat diuitiis operam dantes ridiculos esse, quum eas porrigat fortuna, illiberalitas seruet, benignitas auferat. *Stob. sermone 91.*

Idem, Quemadmodum, inquit, vilia marfupia, & si nullius pretii fuerint, tanti tamen æstimantur, quantum in se numismatis continent: ita diuites etiam homines vani & nihili bonorum, quæ possident, æstimatione ac pretio fruuntur. *Stob. serm. 87.*

Idem dicere solebat, non minus molestum esse caluis, quam comaris, pilos velli. Offendere autem hoc dicto voluit, paria pauperum diuitumque tormenta esse. *Brus. l. 2. c. 26.*

Bion beatum esse dicebat, ex vulgi opinione, qui opes ex animi sententia assequeretur. Verum multo beatiorem, qui ac desideraret quidem. *Stob.*

Chilon dicebat quod Lydius lapis est auro, id aurum esse homini. Lapis enim index affricu prodiit quale sit aurum, ipsum autem aurum arguit, quale hominis ingenium; iuxta illud, Magistratus virum arguit. *Laert. in eius vita.*

Pythagoras, Neque equum sine freno, neque diuitias sine prudentia quenquam gubernare posse, dicere solebat. *Stob. sermone 92.*

Hypsaui. Vt aurum, inquit, trementi manui impositum, tremat: sic & diuitiæ, ab animo metu curisque derento accumulata, vna concutiuntur, & eodem modo afficiuntur. *Stob. sermone 90.*

Antisthenes, Neque symposium sine colloquio & societate, neque diuitias sine virtute, voluptatem habere affirmabat. *Stob. sermone 1.*

Democritus audiens de diuitiis varie disputantes, omnibus hominibus perpetuam quandam diuitiarum cupiditatem inesse dixit, quæ si non acquiritur fuerint, vexant: si erunt acquiritæ, sollicitudine & cura torquent. Amisæ vero dolores etiam adferunt haud mediocres. *Max. ser. 12.*

Idem, Interrogatus, quomodo quis diues fieri posset? Si, inquit, cupiditatum pauper erit. *Max. ser. 12.*

Idem, Interrogatus, quæ via esset facile ditescendi? respondit: Si quis inops fuerit desiderio. *Stob.*

Zeno quum sepe dixisset, diuitiis esse indifferentes: Antigonus falso e nuntiari fecit, prædia illius ab hostibus esse direpta: & cum tristior effectus esset. Vides, inquit, diuitias non esse indifferentes? *Brus. l. 2. c. 26. ex Laert.*

Idem dicere solebat, non magis prodesse quam nocere opes ad faminitatem. *Ex eodem.*

Anaxagoras, magno cum negotio pecunias comparari, sed multo maiori opera conseruari & custodiri dicebat. Inuuit autem, ita comparatum esse, vt omnes pecuniam querant, ac opes amplissimas, quas curam iam paruercant, multo curiosius ac attentius feruant, ne statim euaneſcant. Quemadmodum enim echinum sic etiam nummos facilius est capere, quam diu retinere. *Aelian. lib. 4. de Var. hist.*

Epicurus, scribens ad Pythocleam, Si vis, inquit, te diuitem facere, non pecuniam adiciendum, sed cupiditatibus detrahendum est. *Seneca.*

Simonides interrogatus, vtra res esset optabilior, diuitiæ an sapientia? Dubito, inquit, vt qui videam sapientes frequentare diuitum fores, innuens, philosophos vt bis quidem contemnere diuitias, sed te tamen eas captare. *Eras. 6. apoph. ex Stob.*

Cleanthes, querenti, quomodo quis diues euadere posset? respondit, si cupiditatum fuerit inops. *Stob. ser. 2.*

Idem & ad Democritum referri paulo ante diximus.

Epictetus percontatus, quis esset inter homines diues? Cui, inquit, satis est, quod habet. *Stob.*

Idem, Audiens quendam sibi ipsi ob amplas diuitias placentem, ait, Examina te ipsum prius, vtum ditescere malis an beari. Quod si diuitias velis, rem neque bonam esse scias, nec omnino in te litam. Si vero beari, id & bonum est, & penes te. Opes enim fortuna ad tempus commodato dat. Beatitudo autem à nostra voluntate procedit. *Stob. ser. de Temperantia.*

Socrates interroganti, Quisnam sibi videretur ditissimus? respondit, Qui paucissimis contentus est. *Ant. in Meliss. part. 1. ser. 37. Stob. ser.*

Idem, quum videret Alcibiadem ob diuitias elatum, & propter agrorum ipatiolos limites superbare, adduxit ad locum in quo tabula quadam, ambitum terræ complectens, suspensa erat, & eum rogauit, vt Atticam ibi requireret. Quam quum inuenisset, suos fundos eum iussit ostendere, & quum responderet, Nusquam ibi pictos esse: Horum (inquit Socrates) possessione te effers, qui nulla

pars sunt terræ. Illudens hoc dicitur Alcibiadem fluxu perbiebat in iis rebus, quæ fluxa sunt, & cum maxime lent. *Aelian. l. 3. de Var. hist.*

Plato interrogatus, quâs opes habere conuenienter possidentem neque infidias patiunt, neque recum periam. *Stob. ser. 92.*

Diogenes aiebat, neque in ciuitate, neque in domo, di locum esse virtuti. *Stob. serm. 91.*

Idem, Anaximenes seruus conspicuus multo melius ea essent; interrogauit? Quum autem illi, Anaximenes spondissent: An non pudet eum, inquit, tam multum plium non habere? Sensit autem philosophus, eum potestate esse, qui captus diuitiis sibi iam mortuam mone 12.

Idem, Phisicus quidam interrogauit eum, quum rum palleret? Quoniam, inquit, plurimos habet Pallent autem, qui metunt. *Laertius libro secundo mone 12.*

Postidinius, diuitias causas esse malorum dicebat, faceret, sed quod facturos irritaret. *Sen. l. 3. epist.*

Anonymus, Cuidam Lampen Aegineram effrenam prædicanti, quod prædius videretur, multorum minus: Lacon, nihil (inquit) moror felicitatem de ferrem. Quum omnes diuitiæ sunt in manu fortuna, pue, quas negotiatores committerent nauibus, sequitur naufragium, & hinc mercium omnium statum. *Lacon. apoph.*

Lampis interrogatus, quomodo sibi paralletur, inquit, haud difficile, exiguas vero cum laboribus, in initio paulatim magna que vigilantia corralam pecuniarum parata iam ingenti sorte, facile est amplius lucrari in bello. *An. l. 1. sic capess. Res. sub.*

Pherasalus, Is diues, à Saca felix nuncupatur, pauper acquisierat. Nam, ait, ita exitimas, Saca, cundius viuere, quo plura possideo? An ignoras, quare, & dormire nullo modo mihi iucundius, quam in pauper? Certum quippe esse eum, qui pecunias ac diuitiis sumptum vel dispendium faciunt, vehementer conuulsi. *lib. 2. c. 26.*

Nogis Scythia ornamenta missa à Michiali Pabonius, rogauit, nunquid calamitates, morbo autem possent? Neque enim gemmis, sed vilitate morbores. *hist. lib. 5.*

Sigismundus Cæsar, Sigismundo Cæsari allata aurora quadraginta milia. Quum autem ab in thalamo regio recondita fuisset, in cubiculo eundem cogitat, in quemnam vltimam pecuniam nunc eum destruit. Tum ille, excitatis cubiculariis, cyus, consiliarios duces que omnes militum hinc proceres media nocte trepidi (timebant enim ne perdisset Imperatorem) celesiter adeunt, & quæ causa uocationis inquirunt. Imperator consilium aperit, qui aduenient, pecunia distributa. Itaque, vt quæque nobis dormire liceat. Nam quod mihi sonantem procul aberit à cubiculo. *Seneca Syluani lib. 2. comm. res gestas Alphonfi.*

Maximilianus Cæsar, Nullum non pecuniarum diuitiis: & quamvis non raro ad eum ingens pecunia ferretur, tamen penes se eam nunquam retinuit. Reserui iussit, dicens, se regendis hominibus se sibi custodiam demandatam: quo si quis senectute gerere seruum futurum. *Lat. Spieg. in Aeneas tumore Alphonfi.*

Socrates, A adolescens ipsum interrogabat, quum malum & bonum esse putaret? Cui ille, Non nunc honellus quidem bonis que hominibus bonis item scientibus quo loco pecunias vitandum sit, vt improbis vero & imperitiis, malæ, &c. *Platon. de iurigi.*

Aristippus, Reprehensus quod pecunias acciperet, spondit, non ideo accipere vt vteretur ipse, sed vt quas res vitandum sit pecunias. Vultus enim diuitum aut in operosas structuras, aut in luxum perditur, bonis viris, si egeant, sit eroganda. Quis & aliter Aristippus non nisi ad vite necessaria pecunias vitandum diuitibus accipiebat, vt eis demonstrare bene vitandum non poterat, nisi illi materiam sub ministraret. *Laert. l. 2. c. 8.*

Alcamentis, Telecri F. à quodam oburgatus, frugaliter que viuere, cum tamen amplissimas possideret, inquit eum qui multa possidet, pro ratione viuere, significans perniciosas esse diuitias, si ad vitam superior, qui possit earum vsum non ex copia, sed moderari. *Plat. in Lacon.*

Si calceamenta quis supra mensuram pedibus adegerit, itinere certe prolixiori impedimenta sentiet: & vestimentum induens corporis staturam excedens, pari modo implicabitur, atque superfluum ubique in eo quod satis est ad opportunitatem, inutile est. In pecunia multo fortius id euenit. Et qui supra quod satis est habent, non modo in ipsa sufficientia, sed & in necessariis quibusque impediuntur. De pan. ser. 7.

Ut ex edacitate nascitur inflammatio, ex inflammatione febris, quam sepe mors sequitur: Sic & a rerum & diuitiarum exuperatione amentia gignitur. Ut enim in corporibus inflammatio sic & in animo amentia, deinde ex amentia cupiditas earum rerum quae non conueniunt, sequi solet. apud Maximum sermone 12. § 22.

Theophylasti. Sensi similes curae diuitiarum, ut testatus est Dominus, quae vndeque ubi ipse attingeris, innatis aculeis manus cruciant, infliguntque vulnera & doloribus angunt. In 1. epist. Theoph. 6.

D. Basilij. Putei qui exhauriuntur, melius fiunt: quibus si suas aquas intactas relinquant, foetorem contrahunt: Ita etiam diuitiarum quies inutilis, motus & transgressus publice utilis est & fructuosus. in Lucan.

Ceterum mihi videtur hic adolescentis praeditus affectus aut eorum qui huic similes sunt, istiusmodi esse, ac si quis viator desiderio alicuius ciuitatis, donec ad ipsam perueniat, cursum intendat, ac deinde mansionem in suburbanis eligat, paulum progrediendi tædio omnem priorem exantlatum laborem sibi inutilem reddens, seque ab omni vrbano spectaculo pulchritudine excludens: Istiusmodi illi sunt, qui reliqua facienda suscipiunt, de bonis suis dimittendis reuertuntur. Homil. contra diuites.

Hermæ discipuli Pauli Apostoli. Sicuti vites bonae quae negliguntur, ab herbis ac spinis premuntur, & necantur: Sic homines in desiderio ac curis huius seculi euacuantur a sensu suo, ac nihil omnino intelligunt, de diuitiis tantum ac colligenda pecunia cogitantes. in lib. qui Pastor inscribitur, mandato 10.

Antony. Ut vestes tales corpora, sic opes immodice animas impediunt. in Melissa part. 1. ser. 31. & Max. 12.

Maximi monachi. Diuitum & prodigiorum bona sicut arbori posita in loco praecipiti & abrupto comparabat Diogenes, de qua homines nihil accipiant, sed corui & milui, quemadmodum ab illis sortita & adulatores. Serm. 12.

Antisthenis. Quemadmodum conuiuium nullam habet omnino gratiam, nisi ad sint conuiuiz: Sic quoque diuitiae nullam habent voluptatem, nisi ad sint virtus. Apud Stobaeum sermone de Prudentia.

Diogenes. Ut arborum in praeruptis locis nascentium fructus coruis & aliis aibus tantum modo patent: Ita multorum opes adulatores, meretricibus & nebulonibus huiusmodi fiunt pabulum. Stobaeus ser. 90.

Democriti. Quemadmodum inter vlcera pessimus est affectus Phagedaena, ita in pecuniis animus non contentus & sibi inaequalis. Stob. eod. serm.

Plutarchi. Ut puero non das gladium, ita imperito diuitiae non conueniunt. ibid.

Isocratis. Diuites stolidi suis opibus efficiuntur, sicut is qui bonum equum possidens, equitandi artem ignorat. ibid.

Socratis. Agrotum lectus aureus nihil iuuat, neque stolidum diuitiarum abundantia. Stob. ser. 29.

Eiusdem. Sudor prouocatus exercitiis decentior est: & diuitiae propriis laboribus acquisitae. ibid.

Eiusd. Diuitias, veluti amicam liberalem ac promptam, ad honestas actiones assumere oportet. ibid.

Aristonymi. Quemadmodum ex his, qui idem vinum biberint, alii bacchantur, alii furunt, alii mitiores redduntur: Sic etiam qui pares habent diuitias, non tamen pariter efficiuntur. Apud Max. serm. 12.

Aristippi. Non quemadmodum calceus maior ineptus est ad vsum, ita & possessio copiosior. Calcei enim magnitudo superflua videntem impedit, opibus autem vel vniuersis, vel ex parte aliqua suo tempore vtili licet. apud Stob. ser. 92.

Bionis. Quemadmodum vilis marsupia, etsi nullius pretii fuerint, tamen aestimantur: quantum in se numismatis continent: Ita diuites etiam homines vani & nihili bonorum quae possident, aestimatione ac precio fruuntur. Apud Stobaeum sermone 89.

Chilonis. Quemadmodum aurum Lydio lapide probatur: Sic homo qualis sit, ostendunt diuitiae, si affluant. Apud Laertium.

Cleobuli. Quemadmodum nolles in longa nauis, & onusta auro nauigans submergi: Sic etiam non desiderare debes in ampla magnificaque domo sedere, curis & negotiis obrui. apud Stob. ser. 3. de Temperantia.

Epitheti. Quemadmodum viperam, aut a spumante in eburneo, aut eove scrinio inspicies, non propter aurum ipsa diligitis, aut magnificas, tanquam felices, aut propter naturae ipsorum exortum vim abhorretis: Ita etiam in diuitiis & fastu fortunae malitiam videtur materiam splendorem obstupescere, sed morum peruersitatem. apud Stob. ser. 3.

Socrati. Vinum immutatur cum valis quidem, sed pro moribus possidentium semper variatur. apud Stob. ser. 92.

Quemadmodum equus si freno caret, non vtili quocumque diuitiae, nisi ratione recta gubernentur, ita diuitiae. 3. de Temperantia.

Plutarchi. Ut qui febris laborant, è diuersis huiusmodi hoc est, è calidis frigidant, è frigidis calescunt: Sic a leuitiam adserunt stultis, & paupertas gaudium fatu libus.

Ut floridum aulicum aliquando multa regni splendor & strepitus potentum, multas eborum idem.

Ut longiora via potius videntur, si modolus breuiore & periculosa: Sic ad opes, ad gloriam, ut scilicet contingant tuto potius, quam statim idem.

Qui viro malo addit opes & gloriam, sibi fabricatum, bilioso mel, coelicias obsonia, quae mortuum stultitiam augeant. idem.

Ut seles videntur ad se calorem homini, cum pedes non addunt autem, sed cum, qui est in corpore, pes videntur dare incundam vitam, cum ea profectum non à rebus externis. idem.

Seneca. Otiosis diuitis luditis, nec perit dicitur illarum Sicut barbari plerumque inclusi & ignari machinamentum obfidendum spectant, nec quo illa pertinetur, quingua instruntur: idem vobis euenit. Marcum nec cogitatis quot casus vndique immincant, iam impolita latari. De vita beata. c. 25.

Auis quae pluma tantum tenetur, minimo dicitur aufugere: Sic opes non debent nos remorari à virtute.

Non faciunt equum meliorem aurei freni: Nec bonum meliorem fortunae argumentum. ibid.

Animalia quaedam circa cubilia confunduntur, ut aut inueniri: Sic nobis celandum bonum nostrum, quae idem.

Non continuo melior gubernator, cui pulcherrima sit nauigium: Ita non est melior vir, cui fortuna ipsa idem.

Elisi Calenrij. Diuitias ergo neque cupio maxime darentur, medius fidus aspernaretur. Nam illud autem pusillanimitatem vitium puo. Neque ego is sum, qui equitates impediri, aut iuggeri vitia, si viro bono, & temperate gubernentur. Nam haec quoque cum hominibus commumque medix sunt: & quasi earum rerum iudicia data, ad alterutram viam capessendam. Quibus equum decet, vtatur, conducunt: si male, non earum culpa nocent. Quis (nisi vesanus aliquis) ignem accendit, quod segetes, quod vinea denorat: quando ad id segetes vt epulas coquat, tenebras fuget, vitæ auxilium? Sic virtutum adiumenta sapienti: stulto vero, non nisi vitæ epist. ad Hierac.

Plinij Bucephalus Alexand. Magni equus, quoque equitacionem in tergo admittet: ornatus regis, nemerebat, nisi regem ipsum, in reliquos omnes quidam tenues quemis ferunt, diuites facti deponunt. Lib. 8. c. 42.

Scombrj in aquis sulphureum habent colorem, et millem catenis: Ita diuites in suo regno dus pares, & praestantiores videntur, in morte nihil ab aliis differunt. cap. 15.

Polybus stupidum alioquin animal, in captiuitate dicitur toleraria: Ita quidam ad solum quædam alibi pedes merz. Lib. 9. c. 19.

Roterodami. Ut adamas si iuxta magnetem ponatur abstrahi ferrum, aut si ad motus magnes apprehendatur & diuerso rapit atque auferit: Ita pecunie studium, & Christiana pietate, & modis omnibus auocatur, nec Christo. In Similibus.

Cum asinus ipse sit aurovoros ex ossibus tamen hauriunt tibus, vt ait A. Sopus apud Plutarchum: Ita diuites ipsi indocti, tamen pecunia sua suppeditant in gratiam. ibid.

De immensis opibus dicebatur: nam huius regionem opulenti-
tatem fuisse Naso satis indicat. Met. lib. 10.
Pelopi talenta. Πλοπος τάλαντα.

De immensi opibus.
Ad ambas usque aures. ἡ χεῖρ τῶν ἀμφωτῶν.
Vix ad aures ambas impleri dicuntur. qui supra modum ingur-
giant sese. Commodè ad immodicè diuites referri quoque potest.
Et sicut in Gellij hinc die Othen.

Ne decima quidem Syraculanorum pars. ἑδὲ τῶν δέκατῃ τῶν Συ-
ρακωτῶν ἕξαι.
De diuitibus et splendidis ita dicere solent.
Vltra res Callicratis. ὡς τὴν Καλλικράτους.

De immensi opibus dicebatur.
Zopyri talenta. Ζωπυρίου τάλαντα.
De praeclaris factis. ἡ ἀρετὴ ἀριστῶν.
Diues aut iniquus est. aut iniqui haeres. Hier.
Cui affine videtur et illud Menandri.

Οὐδὲν ἰσχυρὸν ταχὺς δὲ βαρὺς ἔσθι.
Id est.
Nunquam vir equus. diues anasie cito.

Satietas ferociam parit.
Parit satietas ferociam. imperitia cum potestate coniuncta insa-
niam tollit animo opulenti. Quod si ad insaniam accedat potestas.
aut res. ad insaniam vias procedit. Woll macht Doll. Qui macht
Nuth item. wann der Geij zu wol ist so scharret sie.

Quod apud Scythicos dicebatur qui duos possiderent boves. et cur-
rum unum. Dicit potest in hominem qui sibi locuples videtur. vel
in eum. cui rusticanae sunt opes.

Quantum non mihi oberret.
De homine supra modum locuplete. cui tantum sit agrorum. qua-
ntum nec miluus peruoler. Persius.

Tantali talenta. τάλαντα Ταντάλη.
De immensi opibus.
Noctuae Laurioticae. γλαυκῆς Λαυριωτικῆς.

Hoc velut aenigmate pecuniarum vim significabant. Aristoph.
Bene loculis. bene icinio.
Tanti habetur quod. quantum habet. Vide paulo post pron.

Quantum habet.
Dextro Hercule. aut amico Hercule. Horatius.
Diues amico Hercule.

Quod quidem in eos competit. qui in accumulandis opibus sume
bene fortunati.
Praedites.

Praedites significamus hic uersibus. Homer. Iliad. 2.
Πάλλε δὲ ἐν ἀφροῖς πεπρωτὸς κευκλίνα κέρτα.
Χαλκὸς τὴν χρυσὸς τὴν πολυκέρτα τὴν εἰδὴν.

Diuites in patris sunt multa recedenda testis.
Aequè aurumque. fabrefacti quoque. copia ferri.
Quantum habet.

Quantum habet quod. tanti sit. Horat. Satyr. 1.
Nil satis est. inquit. quia tanti. quantum habeas. sit. Iuuen. Sat. 2.
Quantum quod. sua numerorum seruat in arca.

Tantum habet et fidei.
Pecuniae vir. χερσὶν ἀνεί.
Hoc est. tanti quod. sit quanti um possidet.

Vnde excoquat seutum.
Plautus in capitulo. Proterbioli dixit Hyperbole. Vnde excoquat
seutum senex. Opes significans copiosissimas.

Admicula vitæ.
Omnia que ad vitæ commoditatem pertinent. et indicantur hinc
carmine Olyss. 7.

Οἷον τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἀφροῖν καὶ δόξαν.
Id est.
Et quibus et uiuunt recte. diuites. vocantur.

Herculis quæstus.
Herculis quæstus. pro magni impendij. dixit Plautus in Me-
stellaria.

Magnus os anni. ἡ ἀρετὴ ἐν ἡλικίᾳ.
Dicebatur quæstus uberior rerum presentium. aut uisior annua
animos et loquendi libertatem adderet. alioqui timidioribus.

Nullus indigens Deo. ἀνεὶ θεοῦ ὁ οὖτος.
Id est.
Nullus egenus Deo. Admodum paratissimus. nullum esse mortaliu-
rum absolutum. in quo non aliquid desideretur. unum esse Deum
vnde quæque. perfectum.

Attagenæ nouilunium. Ἀττάγενος νέμωσις.
Refertur à Suida. nec explicatur. sed coniectura colligi potest. di-
ctum fuisse in turbaui abiectionum. et seruilium hominum.

Euparphus ex comædia. Εὐπαρφῶς ἐκ κωμῶδου.
Diuites omnes splendidos. uictos. Euparphos appellant Græci.
Ad pedes. ad caput.

Non sine proterbijs specie dictum videtur illud Theocriti. de robur
copiosi et affluentibus.



Qui uis regis uisum regis non uisum regis.
Id est.

Ad caput, adq. pedes quorum me uellera cingunt.

Sermo est pastoris, iactanti: opes suas.

Δακρυόδρατοι.

Qui malis artibus subito disceserunt, Laccoplasi dicebantur.

EXEMPLA BIBLICA.

Diuitias etiam boni possident: bonorum diuitias possidentium exempla: Abraham, Gen. 13. 2. Abraham & Loth, s. Isaac, s. 6. 13. Laban, 30. 32. 43. Iacob 36. 6. 7. Ioseph. 41. 52. Filii Ruben & Gad, Num. 32. 1. Booz, Ruth. 2. Vir quispiam, 1. Sam. 25. 2. Berzellai, 2. Sam. 19. 32. Salomon, 1. Reg. 10. 14. Sunamitis mulier, 2. Reg. 4. 8. Naaman, s. 1. Iosaphat, 2. Paral. 17. 5. Ezechias, 32. 27. Allucrus, Esch. 1. 1. Iob, Iob. 1. 3. Es. 4. 12. Ioachim, Dan. 13. 4. Rex, Matth. 13. 23. Adolefcens, 19. 22. Ioseph Arimathæus, 27. 57. Multi diuites, Marc. 12. 41. Quidam diues, Luc. 12. 16. Es. 16. 19. Zachæus, 19. 2. Diuitia non raro noxiæ, Mat. 13. 22. Marc. 4. 19. Luc. 8. 14. Exempla: Adolefcens quidam, Matth. 19. 8. 22. Marc. 10. 17. 22. Princeps quidam, Luc. 18. 10. 23.

HISTORICA EXEMPLA.

Alytus Atheniensis. Socratis acufator, diuite & sapiente patre Apithemione natus non cæu quodam aut alicuius largitione opulentus euasit (quemadmodum Thebanus Ismenias. Polycratis pecunias nactus) sed prudentia propria, atque uigilantia. Plaro in Memorabile.

Cannius fuit quispiam, qui quum utriculum aquæ sitienti Artaxerxi regi Persarum porrexisset, ab eo ad summam opulentiam ductus est. Plar. in Artaserke.

Licinus Cæsaribus libertus, tantum agrorum fertur habuisse, quantum peruolarent milui. Theat. Zuing. fol. 606.

Tam ali diuitiæ, prouerbia locum fecerunt, quem prædiuitem fuisse ostendit carmen illud extragœdia apud Plutarchum de exilio: Viam dierum duodecim sero super a. Idem.

Sichæus Didonis maritus, ditissimus agri inter Phœnicas: quæ opulentia fuit exitio, impulsitque Pygmalionem, Didonis fratrem, regem Tyri, ut eum interficeret, ex cuius thesauris profuga Dido æmulam Romani imperii, Carthaginem ædificauit. Idem ibid.

Semiramis Assyriorum prima regina & princeps, multis mortalibus iabactis, metallâ primùm inuenit, & captiuis eorum tractationem mandauit. Suidas.

In Siphno insula ob metalli fodinas ditissimi erant incolæ, & decimas quoannis Delphos mittebant. Herod. 1. 3.

P. Clodius (quem Milo occidit) habitauit domo empta sestertiis 147. millibus.

Cicero hemo nouus Arpinas (ut Salustius ei improperat) præter dignitatem consularem eod diuitiarum peruenit, ut habitaret domum quæ fuerat M. Crassi Romanorum ditissimi.

HIEROGLYPHICA.

Hominem qui modo diuitiis afflueret, modo rerum inopia premeretur, varioque euentu fortune uolubilitatem iactans & domus experietur, significare qui uellent, pro hieroglyphico Pauonis eorum caudam sagere conueuer, ut caudam istam quidem, lingulis anis cum primis arborum frondibus amittit, cumq; eorundem germinis recipit. Pier. Pal. l. 24. pag. 220. F.

Virum uero, qui opulentissimas diuitias prodegerit, & ut apud Horatium est, res maternas atque paternas fortiter absumserit significare qui uolunt. Gallinam aureos numos de palcentem pinguntide quo miraculose id prodit: ut si auro liquecenti Gallinarum membra miscantur, illud in carnes eas consumi deprehendatur atq; ita licet Gallina sit auri uenenum. Ibid. l. 14. pag. 22.

Hieroglyphice passim loquitur Euangelium, ut ad hanc sententiam, semen aut inter spinas concidisse, unde anxie diuitiarum curæ significatur. Sed durum fortasse uideatur, diuitias per spinarum uocabulum intelligi: nisi Dominus nos Iesus Christus, qui eo usus est hieroglyphico, dictum ipse solum explicuisset. Idem libro 55. pag. 335.

EMBLEMA.

In diuites publico malo.

Emblema LXXVIII.

Anguilla quisquis captat, si limpida uerrat
Flumina si illius ausit adire lacus.
Crassus erit, laderq; operam: multum exciet ergo
Si creta, & creta palmula turbet aquas.
Diues erit: Sic us res publica turbida lucro est,
Qui pace artibus legibus, seruiunt.

Diues indoctus.

Emblema CLXXXIX.

Tranat aquas resitens preuoso in Sellere Phryxus,
Et flammam impavidus per mare scandit onem.
Equis id est: Vir sensu hebetus, sed diuitio gæus,
Conuugis, aut serui quem regis arbitrium.

Male parata mala dilabuntur.

Emblema CXXXVII.

Milui edax, nims quem nauſea torserat efes
Hæc mihi, mater, aut, uiscera ab ore fluunt.

Ille autem, quibus fies? cur hæc tua uiscera credis?
Qui in ipso Sicens sola aliena uicinis?

F A B U L A E.

Auarus.

Auarus & pecuniae magnus amator quidam quidam & fuppellentiæ uelut uenudat: aurum, modum lorum cogera, liquefactum in uiam maffam refert, & hanc obruit terra, Quo autem loco aurum, & aurum cor suum sepeliit. Itaque ille quotidie uenit, aurum uitas suas, & magnam capere inuitu uoluptat, & aurum id quod erat, aurum detodisse illic hominem: cum aspectu terræ, qua regeatur aurum discellit, aurum ra aurum reperit atque aufert. Mox aurum, aurum cumque uidisset quod interea factum fuerat, aurum se rabilem in modum, & tenem uellere capillum, aurum in mes incurfare Quem præteritis quidam cum centum esse maximo, quod acciderit, interrogat, & reſpondit, ne plora, ne uer tantopere afflige animum tuum, uideatur, damni fecisti, qui tum etiam, cum haberes aurum auro. Quare nunc reponere istum in locum laxum quidam periuade, ibi conditum esse aurum. Nam nihil præterit, neq; alicrum altero maiori tibi uſui esse potest. Neque adhuc aurum deſolus istic eſſet, a te uisurabar.

Significat fabula, frustra possideri ea, quibus non esse fructum diuitiarum, nisi in harum uia.

Asnes & Grues.

In vno quodam prato pascuntur asnes & grues, te aucupe, grues leuitate sua aduſi facile auolunt, & pedum grauitate, dum moluntur fugam, ab aucupe tur.

Ostendit fabula, urbe capta, cum pauperes plerumque lem effugiant, diuites in potestatem hostium uenire, & rem abduci.

Diuertium.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

DIUERTIUM, Græce δὲ διακρίσις, & δὲ διακρίσις, diuido dicitur. Et est proprie matrimonium ditissimorum a repudio, quia repudium inter non duntaxat uortium uero conuortitur est. Quæ, ut ait Modestianus inter uirum & uxorem fieri dicitur, repudium uerum mitti uideatur quod in uxoris personam non cadit.

LOCUS BIBLICUS.

Diuertium inter uirum & mulierem non tenentur. Matth. 5. 32. Et c. 1. Cor. 7. u. 10. 13. unde coniugium.

SIMILITUDINES.

Chryſostomi, quemadmodum si uideas hominem diuitias medicorum colentem, expiſe ſtatim intelligis, quod est: Sic & quum uideas siue uirum siue mulierem, de vxoribus aut uiris legem interrogantes, cognosce quum uir uis est, & mulier illa meretricis est. In 19. 6. Matth. 19. 6.

Et si quis habeat feruum qui futurus & incertus est, dominus, quia si utrunque sibi in ſimili mandauerit, hoc proficit, mandat illi quidem, ut bibat quantum uis bibat, ut hoc quidem quod bibat, sit ſecum nouum bonum latim diſca obedire præceptis: Sic permiſſum est, cum malum qui dem, sed permiſſum a creatore. In 19. 16. Matth. 19. 16. Vide ſupra acquiſitio.

Vide Coniugium, Repudium.

Doctrina.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

DOCTRINA, Græce δὲ διδασκαλία, & δὲ διδασκαλία, magister dicitur. Hebr. Lekach, in ſuauo quum ſuo præcepto accipit. Prou. 1. 5. Deut. 32. 2. uerbo accepit, ſuſcepit, ſumpſit. Cognationem habet cum Lectione comprehendit. Hinc Gr. διδασκαλία, conſequor. Doctrina magister ipſo docendi, modo pro diſciplina ſumitur: ut, Pater tuus doctrinarum genere excellens.

Docilitas a docco uenit, quod Græce δὲ διδασκαλία.